

D<sup>N</sup>  
HYBERTI GIPHANII, JC. ET ANTECESS.  
Celeberr. & S. Cæs. Maiest. Consultarii Aulici,

ENARRATIONES  
Et  
COMMENTARII

IN VIII. LIB. CODICIS IVSTINIANI LEGES  
celebriores & difficiliore.

*IN QUIBVS NON SOLVM ABSTRVSIO-  
res Antinomie, & controuersæ Quæstiones in Scholis & Foro occur-  
rentes, sed Legum etiam ipsarum sensus difficiliore expli-  
cantur, & plena manu pertractantur.*

Opus absolutissimum, Scholarum & Fori Patronis utilissimum, &  
plane necessarium.

*CVM DVPLICI INDICE, LEGVM ET TITVLORVM VNO,  
altero rerum, & materiarum copiosissimo.*



FRANCOFVRTI AD MOENVM,  
Sumptibus Ludouici König.

M. DC. XXXI.




*Honori ac nomini*

LEOPOLDI  
ARCHIDUCIS SERENIS-  
SIMI AVSTRIADOS, &c. ARGEN-  
TORATENS. ET PATAVIENS. DIOECESIVM  
PRÆSVLIS VIGILANTISS. MVRBACENS: ET LV-  
DRENS: Principatum Administratoris Meritiss. Prin-  
cipis ac Domini sui Clementissimi, Holsæ HVBERTI  
GIFFANII à GIFFENE, gratæ memoriæ parentis, in  
Codicem Iustinianæum Commentarios, Iohan-  
nes à GIFFEN filius humilissime dedicat  
consecratque.

**A***spiciunt lucem, Reverendissime Præsul, Ar-  
chiducum Austriacorum rarum decus &  
gloria, posthumi P. M. genitoris mei in Co-  
dicis Justinianei scita, Commentarij: Aspi-  
ciunt, inquam, tandem aliquando, Divis fa-  
vitoribus, amicis vel consuadentibus, vel importune etiam  
urgentibus, doctis id merito Jure à me postulantibus atque es-  
flagitantibus: Sane quam in optimum patrem iniurius vide-  
ri adeoque non immerito haberi potuissem, si hisce lucubra-  
tionibus Remp. Juridicam per negligentem cessationem,  
):( 2 meam*



  
**PRÆFATIO GENERALIS DE MA-**  
**TERIA SIVE SVBIECTO, QVO IN IVRE IN-**  
*terpretando utimur.*

**E**xplicaturus difficilioreſ & celebrioreſ leges Codicis, non inanem operam me collocaturum exiſtimavi, ſi quædam de interpretando Jure præferer; Cuius interpretationis duo ſumma capita ſunt & partes: Unum de rebus ipſis & argumento ſive materia; Alterum de via & methodo eius argumenti rectè tractandi. De priorè tantum in præſentia aliquid afferam, de materia ſcil. ipſa. Nam de via, ratione & methodo qua rectè interpretes ingredi debeât, aliàs fortalſe dicetur. Quod ergò ad primum caput attinet, de materia ſive argumento non erit inutile rem paulò altius repetere & à juris initiis huius noſtræ ſcientiæ materiam accerſere & ad noſtra uſque tempora qualiſi hiftoriam pertexere. Ex ea enim coacervatione intelligetur I. mutationem in ipſa materia ſibi ſumenda non eſſe novam. II. Et hoc aptius intelligentur rationes quibus adductus conſtituerim aliquot tantum II. Cod. hoc quidem tempore explicare. Ergò ut à primo rem repetamus, videor mihi obſervalſe, quod poſſit hæc diſputatio ſeu tractatio de materia juris in ſcholis explicada eſſe bimembris, id eſt, veteris & nova. Veterem eam voco, qua ſunt uſi veteres Romani, partim tempore Reip. partim ſub Imp. Novam voco materiam quæ recentioreſ ſunt uſi, id eſt, illi qui per annos ferè 400. Juris prudentia ante amiſſam & in ſcholis juris à Lothario Imp. re-

vocatam ceperunt profiteri. De antiqua ergò juris noſtri materia ac velut ſubiecto ac libb. quos Jurifconſulti proficebantur, reperio eam materiam quadruplicem: nèpe, I. II. 12. tab. 2. Ed. Præt. 3. Mixtam ex edicto & ſcriptis quorundam IC. 4. Et poſtremam Juſtinianam. Antiquiſſima fuit materia juris poſita in 12. tabb. Cuius rei teſtis eſt locupletiſſimus M. Cicero qui in lib. 1. & 2. de ll. ſcribit ſe puerum Juris prudentiam didiciſſe factò initio à 12. tabb. Locos, inquit, pueri diſcebamur tanquam carmen neceſſarium, adeo ut vet. IC. uſq; ad ætatem Cic. explicarent libb. 12. tabb. Nec id faneline ratione. Nam Cic. 1. de orat. non veretur id prædicare de libello 12. tabb. cum eo ſi omnium Philoſophorù libri cõparentur, ſuperare tamen hunc libellù omnes & authoritatis gravitate & neceſſitate & utilitate reip. Livius quoq; ait omnis juris, publici & privati fontem eſſe ll. 12. tab. hoc enim verbo utitur. Sed hic breviter admonendù eſt, primos IC. non eſſe ſolitos Juris prudentiam apertè profiteri, ſed eam tantù exercuiſſe & intra privatos parietes continuuiſſe, id eſt, quidè privatim nãdãſſe litteris, ſed pauca quædam publice in ſenatu, in judicijs & omnibus civium actionibus exercuiſſe. Qui autè ſe ad docendum daret, nullos fuiſſe commemoratur à Pomponio noſtro ante Corrumaniù, qui primò ſit de jure p. fellus 500. ann. ferè poſt V. C. Ab eo tempore docebãt, ut dictù, nihil aliud quã